

### De Rudentis comoediae nomine Graeco.

Pagina ultima voluminis LXXIII huius Musei de nomine egimus quod Diphilus exemplari Graeco Rudentis fabulae Plautinae imposuerit: quae festinanter et rapide modo reiecit de Wilamowitz pagina ultima libri *Menander das Schiedsgericht* editi Berolini 1925. Scripsit me Diphilum non recte dixisse imitatorem Menandri fabulae quae Epitrepontes vocatur omnium clarissimae: qua de imitatione in editione Rudentis quae emitteatur anno 1926 mihi agendum erit accuratius. Quod vero ille scripsit: „Wenn er vollends das Original des Rudens in dem einmal angeführten Titel findet, der *ἐπιτροπῆ* verschrieben ist, von ihm in *Ἐπιτροπῆ* geändert, so klingt dieser Titel wenig vertrauen-erweckend.“... Ego vero nihil mutavi, sed tradita servavi: neque equidem didici neque docui coniecturis sed traditis uti pro fundamentis doctrinarum. Scilicet traditum est *Διφίλος* *Ἐπιτροπῆ* ut recte rettulit Kockius fragm. 42 C.A.F. II p. 553 Meinekius historiae criticae C.G. p. 454 quod uterque editor male mutavit scribendo *Ἐπιτροπῆ*. Atque in maiore editione IV p. 393 Meinekius relegat lectorem ad historiae criticae locum s. s., in minore id ipsum quod debuit male omisit. Arbitrium vero quod Attice *ἐπιτροπῆ* dicitur in altera parte Rudentis positum quasi caput et cardinem esse fabulae patet: Diphilum uni Menandro concessam a Musis venerem venustatemque corrupisse in ea quae perfecta est editione Rudentis mox exponetur ut debuit exponi et proponetur publice. Hoc, lector benebole, volui nescius ne esses. Vale.

Bonnae.

Fridericus Marx.

### Zu Strab. V 235.

In der Beschreibung römischer Bauwerke liest man: οἱ δὲ ὑπόνομοι συννόμω λίθῳ κατακαμφθέντες ὁδοὺς ἀμάξαις χόρτου πορευτὰς ἐνίας ἀπολεόνται. Für κατακαμφθέντες, welches in der Pariser Ausgabe mit suffulti übersetzt ist, aber keinen Sinn zu geben scheint, ist wohl κατακαμαρωθέντες oder καμαρωθέντες (überwölbt) zu lesen. Zur Bestätigung dient die cloaca maxima.

München.

N. Wecklein.

### Zu Ps. Plut. Mor. 241a.

In den Aussprüchen der unbekannten Spartanerinnen ist der zweite durch ein Glossem entstellt. Entfernt man dieses, so ergibt sich ein Distichon: ἀλλη ἀκούσασα τὸν νιὸν ἐν παρατάξει πεσόντα ἔφη.

δειλοὶ κλαιέσθωσαν ἔγώ δέ σε, τέκνον, ἄδακρος

θάπτω τὸν καὶ ἐμὸν καὶ Λακεδαιμόνιον.

In den Handschriften ist nach ἄδακρος noch das abschwächende καὶ ἵλαρὰ hinzugefügt.

Erlangen.

Alfred Klotz.